VICIPÆDIA

Lingua Baluchica

Lingua Baluchica[1] est lingua Iranica Boreo-occidentalis, qua loquuntur Baluchi. In Baluchistania Pakistaniae lingua officialis est. Praeterea Baluchi Persiam, Turcomanniam et Afganiam incolunt. Circa 7 500 000 homines lingua Baluchica loquuntur. Baluchi Iraniae et Pakistaniae et Afganiae litteris Arabicis utuntur, sed variis modis. In Pakistania et abecedarium Latinum Baluchicum invenitur. In Turcomannia decennio 194 libri Baluchici litteris Latinis edebantur (non iisdem, quae in Pakistania in usu sunt), sed post decennium 200 litteris Cyrillicis lingua Baluchica in Turcomannia utitur. Ergo quinque abecedaria Baluchica existunt.

Non una lingua saepe hodie Baluchica habetur, sed tres: Baluchica Occidentalis, Baluchica Australis et Baluchica Orientalis.

Lingua Baluchica **بلوچی / Балочи (Baloči)**	
Taxinomia:	Linguae Iranicae Linguae Iranicae Boreoccidentales **Lingua Baluchica**
Locutores:	circa 7 500 000 (2010)
Sigla:	1 , 2 bal, 3 bal
Status publicus	
Officialis	Pakistania (Baluchistania)
Privata	Persia, Turcomannia, Afgania
Litterae:	Baluchica
Scriptura:	Arabica
Procuratio:	

Notae

1. Cf. binomen *Androctonus baluchicus*.

Bibliographia

- Muhammad Abd-al-Rahman Barker, Aquil Khan Mengal, *A course in Baluchi, vol. 1-2*. Monte Regio, 1969. **(Anglice)**
- M. Longworth Dames, *Popular poetry of the Baloches*. London: Royal Asiatic Society, 1907
- J. Elfenbein, *The Baluchi language: a dialectology with texts*. Londinii: Royal Asiatic Society, 1966
- Фролова В. А. Белуджский язык. Moscuae 1960; (ars grammatica) **(Russice)**

Nexus externi

- Vicipaedia Baluchica Occidentalis (https://incubator.wikimedia.org/wiki/Wp/bgn/بُنیادی_تاکدیم) in *Incubatore*
- Vicipaedia Baluchica Australis (https://incubator.wikimedia.org/wiki/Wp/bcc/بنتاک) in *Incubatore*
- Vicipaedia Baluchica Orientalis (https://incubator.wikimedia.org/wiki/Wp/bgp/Bunták) in *Incubatore*